

1530. 14. 26. qbris

Petrus Tomicki Paulo Archiepiscopo  
Strigoniensi—

58

Reverendissime in Christo Pater et Domi-  
ne Domine et maior honorandissime  
Quando huc venerunt Oratores Serenissimi  
Domini Hungarie Regis Dominus p[ro]p[ri]us  
Strigoniensis vestra Reverendissime Do-  
minationis literas mihi reddidit, que  
mihi duplici ex causa fuerunt gratissi-  
ma, tum quod ab illa cuius ego obsequio be-  
nevolentiam scripta essent, tum etiam  
quod me familiariter et amice salutave-  
runt. In quo amantis officio et benevolen-  
tia plurimas ego ago et habeo gratias.  
Reverendissime Paternitati vestre quam  
illi meis quoque vicissim officis et sedu-  
litate referre semper curabo. Cupiebam  
quidem ut aliqua certa et diuturna  
pax et Concordia Romanie per Domi-  
nos Oratores constituta fuisset, quoniam  
tamen vel permixta divino vel facto homi-  
num non potuerit adhuc res perducere ad  
exitum vel ipsa inducere in quas conven-  
sum est ab omnibus me delectant spem  
etenim Concipio sub illis in eum finem  
totam belli causam deduci posse qui d[omi]ni  
Hungarie

Hungariae Regno et toti Republica Chri-  
stiana salutem et Bonam perpetuam afferat  
et conciliet. Nova hic apud nos non sunt  
que a me ad vestram Reverendissimam  
Aedem scribi possent: si quid tamen erit  
quod illa hinc scire cupiat, magnifici  
Domini Oratores et Dominus p[ro]p[ri]us coram  
referrent qui non solum interfuerunt sed  
etiam praesentant omnibus maioris mo-  
menti negotiis commendo me et officia  
mea Dominationi vestre Reverendissi-  
me quam salvam salvam et felicem  
esse vehementer opto. Casovae 26. No-  
vembri 1530.